

Sincerum affectum, quem habetis ad ecclesiam Cameracensem et personas eiusdem et ex relatione ven(erabilium) virorum dominorum decani et Renerii canonici dicte ecclesie fida relatione percepimus et eciam experimento cognovimus et operis efficacia, prout evident¹, vidimus ex graciis et favoribus eidem ecclesie de vestra liberalitate et benignitate nuper impensis, de quibus gratias referimus vestre paternitati, non quantas debemus, sed quas possumus. Deus vobis retribuatur, qui est omnium retributor. Insuper prefatam ecclesiam, que est exposita multis tribulacionibus et pressuris et incursibus malignancium², sicut iam ad aures vestras pervenisse credimus, vobis recommandamus¹ humiliter, supplicantes, quatenus ipsam et personas eiusdem serenissimo principi domino Romanorum regi recommendare dignemini efficaciter, cui nisi per eundem succurratur, vix adici poterit, ut resurgat. Ceterum, reverendissime pater, considerata vestra devocione et affectione sincera, quam ad sepedictam vos habere confidimus ecclesiam, ordinavimus pro incolumitate et salute vestra, quod quolibet anno fiat missa de beata virgine in crastinum beate Marie Magdalene, et post obitum vestrum fiet officium defunctorum cum solemnitatibus debitis et distributionibus consuetis. In hiis enim et aliis orationibus et suffragiis, que fiunt ibidem, in quantum cum Deo possumus, vos participem esse volumus. Conservet altissimus paternitatem vestram in tempora longa¹.

Dat(um) Cameraci, anno Domini millesimo CCC^oXLVIII^o, prima die Iunii.

b) Das Domkapitel von Cambrai offeriert Karl IV. eine jährliche Messe. 1348 Juni 1.

Original ebenda n. 424. Besiegelung wie oben. In verso von der gleichen Trierer Hand: 'anniversarium K(aroli) reg(is) Cameraci 48.' Nach Abschrift von R. Lüdiche.

Der Brief war offenbar dem an Baldwin gerichteten beigelegt.

Serenissimo ac illustrissimo principi domino K(arolo) divina gracia Romanorum regi semper augusto sui hu-

1) So. 2) Vgl. Werunsky, Excerpta ex registris Clementis VI. et Innocentii VI. (1885) n. 202, und künftig Const. VIII zu 1348 Juli 17.